

81

PIIS MANIBVS
MAGNÆ SPEI JUVENIS

SAMUELIS BACHMANNI,

*Illustris Gymn. Thor. Musarum Cul-
toris industrii,*

d. II. Sept. A. MDCCCX

Inesperata morte erepti,

parentare,

Suumque dolorem,

Quem ex hac morte acceperunt,

testari voluerunt

Nonnulli Amici olimque Commilitones.



THORUNII,

Impress. JOANNES NICOLAI, NOB. SENATUS ET GYMNASII TYPOGR.

Opus

Hr die ihr auff dem Kund der Trübsahl schwangern Welt
Umbzircket mit Gefahr/ und allzeit neuen Plagen
Vor immerhellen Schein must flücht'gen Rauch erjagen
Beschauet doch jetzund das Todten-reiche Feld
War auff bey Wein und Asch entblöste Schedel liegen
In denen Schlang und Wurm Ihr Bohn- Gebäu erküßt/
Sprecht/ wer bey diesem Hauff Herr oder Diener ist?
Weil bloß des Todes Arm kan über alle siegen.


Ach/ ach nur eitler Wahn der an dem Geist bekleibt/
Da wir aus stolzem Sinn Palläst in Sand uns bauen/
Ja uns/ wenn wir's beschau'n will von uns selbstn grauen
Indem wenn wir erblast nichts in dem Sarge bleibt/
Als nur Blut/ Eiter/ Marck und Natern grüner Schimmel
Des Fleisches das noch nicht der Schlangen-Biß verletz/
Mit welchem doch so bald es in die Grufft gesetzt
Sich freyt der Würmer unerfättliches Bevümmel.

O Jammer dieser Welt/ was ist doch unsre Zierd'
Die den verirrtten Leib und Sinnen stets erquicket
Ein Schnee den Sonne bald durch heisse Blut entzücket
Ein Schiff das ch' mans denckt den Untergang gebührt/
Ein Danpff und Nebel-Dunst der aus den Sümpffen steigt
Ein Schatten voller Traum/ ein Dornen reicher Stab
Zerbrechlich Porcellan/ in Sand gebautes Grab
Erquickung die sich nur zum steten Ach ach neiget.

Wohl aber dem der sich nicht diesem Glantz ergiebt
Noch dir Vergänglichkeit die Lebens-Zeit verpfändet
Die jeden der sie sucht Hertz/ Aug und Ohr verblendet/
O seelig der wie du nur jene Güter liebt
Durch die des Heylands Hertz uns wird/ wir ihm verbunden/
Ihm kan kein Ung'üks-Schein den edlen Schatz entzieh'n
Ob Sünde Todt und Höll sich wieder Ihn bemühn
So hat Er doch wie du die Himmels-Kuh gefunden.

Dieses sehte zum steten Andencken seinem
liebgetvesenen Freunde

Christianus Matth. Klose, Sagan.



Patria communis miseranda doloris imago,
Te tetigit praeceps vindicis ira DEI.
Patria Praesidium fatorum dulce ferorum,
Te manus ecce DEI nocte dieq; gravat.
Patria Tu poena, cunctorum meta malorum,
Te bellum, pestis vi penetrante premit.
Eloquar an sileam lacrymanda praelia sortis
Qua faciem lacerant, Patria mæsta, tuam.

Oquis

Oquis non tecum, tristissima Patria plangat,
Quando tuas repetit mente dolente vices.
En in Te resonant truculenti praelia Martis,
Absumit Cirves bellica flamma tuos.
Oquis non lacrymas tecum, bona Patria, fundat,
Quando tuas repetit mente dolente vices.
Ecce tuas vitiat pestis vehementior auras,
Absumit cirves pestis iniqua tuos.
Patria mæsta Tibi lacrymae per lumina currunt,
Qui Te soletur nullus amicus adest.
Mors fera praecipiti metuens vestigia nostra
Cursu crudeli corpora falce metit.
Ecce senos perimit, quorum prudentia clara
Ornavit faciem, Patria mæsta, tuam.
Ecce ferit Juvenes claros, qui nobile culmen
Insigni studio laudis adire volunt.
Respicias luvenem Bachmannum, Patria tristis,
Quem coluit viridi flore juvenuta virens.
Virtutes pulchras, vitam moresque venustos,
Quies fuit ornatus, Patria mæsta, colas
Ab cecidit Juvenis, Jesu gratissimus almo,
Gratior ac ipsi Christus Jesus erat.
Jesus erat timor huic, Jesus Lux, Vita, Voluptas,
Jesus spes, requies, Omnia Jesus erat.
Ab cecidit juvenis gratus mortalius ipsis,
Queis fuerat notus, quisque saepebat ei.
Hunc Praeceptores, condiscipulique benigni
Complectebantur semper amore pio.
Quid mirum? Fuerat Cultor Pietatis amanda,
Musas excoluit nocte dieque vigil.
Verum procumbit prope rata morte peremptus,
Spes Agnatorum contumulatus humo.
Fundito lacrymulas, o Patria tristis, acerbas
Quod pius hic Juvenis, spes tua, morte cadat.
Profundit lacrymas, clarus Cognatus amaras,
Plangunt Agnati: Spes tumulatur humo.
Sed cohibe lacrymas, o mæsta caterva, cadentes,
Deserit ille solum, tendit ad astra poli.
Informes potius sic mentem, mæsta Caterva.
Ut scandas placide regna beata Poli.

Hæc lugens scripsit contubernall
suo in vita charissimo

Daniel Stromphius Stud. Hung.

Ad lacrymas lacrymas dulces properate Camena
 Tristitia tristi nitidos assumite vultus
 Ad lacrymas lacrymas properes Studiosa juvenis,
 Exornes tristi tristissima funera versu.
 Os, cui donavit natura benigna loquelam,
 Ducat luctifonas submissa voce querelas.
 Lumina, mortalis nitidissima sidera vultus
 More fluentis aquae lacrymarum flumina prodant,
 Cor quoque fons vitae praestans, Arx ardua mentis
 Tristia precipiti repetat suspiria ductu.
 En! Juvenis pulchro decoratus flore juvenae.
 Proh! Juvenis custos pietatis amicus amicae,
 Ah! Juvenis Cultor Musarum pervigil, atq;
 Virtutis verae Custos rigidusque Satelles
 Ah! Juvenis gratus mortalibus atque JEHOVAE
 Concidit, o maror! properata morte peremptus.
 Quis non concipiat querulos in corde dolores?
 Quis non humectet lacrymarum flumine vultum?
 Quis non luctifona profundat voce querelas?
 Sic retrahis vultus, Juvenis suavissime, nobis
 Sic tu, qui gratus Superis plebique fuisti
 Tam prope claudis nitidissima lumina morte.
 Luctibus oppressi sequimur tua funera maesta
 Tristamur, querimur, lacrymarum rore madamus.
 Quam pulchre floret numerosis confita spinis
 Jucundum spirans nimium rosa suavis odorum,
 Sic ut mortales oculos delectet amœna,
 Sed si jactetur ventorum flamine servo,
 Ac forsitan fuerit foliis viduata decoris,
 Tum perit omne decus, perit & jucunda voluptas,
 Hinc igitur suavis rosa tali lenitate gaudet.
 Sic per amœna volant. Juvenis suavissimus ille
 Purpureo pariter florebat flore juvenae,
 Ut rosa spiravit verum pietatis odorem,
 Gratus erat Domino, gratus mortalibus ipsis,
 Verum quam subita cecidit nunc morte peremptus.
 Sic spes omnis abit, perit & pergrata voluptas.
 Hinc luget Genitrix, luget Cognatus amandus,
 Lugent Agnati, lacrymarum rore madentes.
 Sed cessent lacrymae: metam properamus ad unam.
 Sic monstravit iter nobis Bachmannus ad astra,
 Nos etiam jubet ille sequi mox morte beata.
 Nunc sequimur tristi Bachmanni funere luctu,
 Mox etiam lato repetemus sidera cursu.

His amicos lugentes solatio erigere atque praematurum
 Commilitonis sui ac civis obitum collacrymare
 voluit ac debuit.

J. C. Schultzius.